**Q**uod ad quartum actum, scilicet pro litigando in iudicio pro omnibus alijs reb⁹ & causis cōtētiis in dicta bulla Syndicat⁹ dico similiter quod licet possumt omnes fratres Syndico vti cessante scanda & omni alia circumstantia vitiante, sicut in tertio actu dictum est. Quia sic Papa concedit vt licitum. Et licet in hoc sit aliqualis disp̄atio, tñ rationabilis & licita, vt ibi probatum est contra Specul. & Collectorem Compendij vbi suprà: & specialiter quo ad hoc in titulo Procuratores. §.8. Igitur temerarium & erroneum est afferere oppositum propter rationes suprà positas in tertio actu præcedente. ¶ Quod si contra hoc dicatur quod in tabula vigesima prima Vicarij Generalis anno Domini. 1505. lauali sic statutum habetur. Deponantur Guardiani & pœna proprietarii puniantur, qui ratione debiti cuiuscunq; seu aliorum bonorum temporalium fecerint excommunicari, detiniri, seu vexari quoscunq; saeculares. Subditi vero qui talia procurauerint poena proprietarii puniantur & de cōuentu confusibili ter expellantur. Hæc ibi. Ergo videtur quod non liceat per Syndicatum super villa re temporali iudicialiter agere seu litigare. ¶ Respondeo q̄ hoe est verum ratione scandali, seu alterius circumstantiæ vitiantis, vt dictum est: & ideo dictum statutum id prohibet: aut quando ipsi fratres viderentur esse principales actores in iudicio, seu instigatores ad talia legata tanquam rem suam aut Ius suum per Syndicatum prosequentes. Ideo notanter loquitur statutum de fratribus qui fecerint excommunicari &c. quales sunt etiam qui extra iudicium scandalosè instigant iudices ipsos, vt quasi ex officio suo capiant vel vexent debitores aliquarum rerum, quia id saepissime ratione scandali illicitum est. Non autem id prohibetur si cessantibus his dictis circumstantijs deprauantibus ad requisitionem fratrum Syndicus nomine Ecclesiæ Rom. i judicialiter quidem sed pacifice sine dictis vexationibus ageret, vt suprà dictum est. Ideo in dicto cap. Generali non pro-

## Quæstio sextadecima.

7

hibetur iudicialiter per Syndicū agere vt licere dictum est: sed quod fratres non faciant excommunicari, detineri aut vexari aliquem, quia id scandalosum est, ergo.

**Q**uo ad quintum actum vbi est maior difficultas, scilicet quo ad assignandum omnes eleemosynas pecuniarias apud Syn-

dicū secundum Martinianam. Dico in primis q̄ patres

Vltramōtanū licet possumt vti Syndico, quales sunt Itali & ciuimodi, sicut & de facto vntur. Quod patet, primo quia propter fragilitatem humanam indies magis à debito feroce teperentem in omni ferè statu hominum & religionū: & quia apud saeculares non est tanta fidelitas in pecunijs manentibus vel depositis apud eos vt eas statim vt oportet soluant seu expendant: vnde & sequuntur discursus & multiplicia incommoda fratrum, vt igitur his alijsque inconuenientibus prouideretur, fuit causa rationabilis ad tales dispensationem. Alioquin si rationabilis non esset & licita, non sic institueretur per Papam neque per Ecclesiam probaretur tanquam constitutio generalis honesta atque salubris pro toto ordine reformando & pro regula obseruāda, vt hoc expressè dicitur in prologo ipsarum constitutionum, & in ipsa bulla Martini. §. Perugilis more ipsas constitutiones confirmante. Ergo temerè, pericolosè, pariter & erroneè quis affereret oppositum contra Papalem determinationem & generalem constitutionem & Ecclesiæ probationem vsumq; tot sanctorum & doctissimorum Patrum familiæ Vltramontanæ sub tali dispensatione Martiniana viuentium. Male quoque quis condemnaret omnes Patres Vltramōtanos & impie argueret iniquitatibus & negligentiæ sanctam Rom. Ecclesiam tales modum viuendi secundum tales Martinianam probantem vel dissimulantem si esset illicitus in periculum suorum filiorum sic viuetum. ¶ Et in hac ratione supponitur sicut & verum est quod Papa potest dispensare in votis ex rationabili causa, etiam relaxando aut mitigando aliquid de rigore seu obligatione voti secundum communiter doctores, vt latius de hoc habetur in dicta Medulla cap. 10. q. 4. Supponitur etiam q̄ Papa eiusq; legatus qui edidit & confirmauit illas constitutiones in capitulo generali habuit sufficientem notitiam causæ & obligationis regulæ nostræ & declarationum circa hoc, vt patet ex tenore ipsarum constitutionum: quodque eo ip-

## Caput quartum.

fo quo sic dispensauit & statuit iam censuit causam & dispensationem efferationabilem & licitam, vt hoc etiam expresse habetur ibidem. Prædicta hæc patent ex communi doctrina doctorū in materia de dispensationibus. Item ad idem habetur in capitulo genera. Carpensi, Anno domini millesimo quingentesimo & vigesimo, quod ad seruandum regulæ puritatem fratres vtantur Syndico ad prædictum vsum pecuniarum secundum Martinianam, vt hoc proximè latius habetur. ¶ Secundò probatur idem. Quia ibi non dispensatur circa substantiam præcepti regulæ prohibentis pecuniae receptionem sed solum circa aliquas circumstantias seu modificationes ad quas fratres ex regula vel declarationibus tenebantur ad puram perfectamque illius præcepti obseruantiam, ad quarum omnium modificationū obseruantiam non tenentur fratres semper sub mortali peccato etiam sine dispensatione, nisi quando alijs per regulam sub mortali fuerit iniunctum, vt latius de hoc habetur in dicta Medulla capitulo decimo, quæst.tertia, & licet declaratum & declaratio sint idem quando est propriè declaratio seu interpretatio sensus in regula latentis, non tamen quando est modificatio, limitatio, seu restriktio Papalis superaddita ad meliorem præcepti conseruantiam, vt communiter dicunt doctores de obseruantia diei dominice pro sabbato, & de confessione quo ad modum & tempus quadragesimæ & quo ad quotam decimaru & huiusmodi. & sic sit in proposito per declarationem Nicolai tertij, & Clementis quinti, vbi sine præcepto ponuntur multæ modificationes & limitationes Papales quod ad pecuniam.

Igitur licitus est Ultramontanis vñus Syndici ad pecunias secundum Martinianam & alia priuilegia de Syndico (vt dictum est) & sic hoc latè defenditur in libro firmamenta trium ordinum tracta. 4. fo. centesimo vigesimo octauo, & hoc etiam cedit Specu. fff. 7. & .8.

*Pro Hispanis.* Sed quid de nobis Cismontanis, scilicet Hispanis, Gallis, & Germanis & huiusmodi, possumus ne etiam nos vti Syndico ad pecunias secundum Martinianam sicut & Ultramontani? Respondeo quod speculum. ffo. 7. & .8. & collector compendij discipulus eius à quo & hausit totum poene quod in suo compendio reposuit pertinens ad pecunias, Syndicos commutationes, paupertatem & moniales, iste igitur in titulo procuratores. §. 8. &

## Quæstio sextadecima.

8

& alij corum sequaces tenent cum eis quod non possumus licite tali Syndico vti secundum præfata Martinianam quod ad hoc, & ratio eorum est non quidem quod talis dispensatio sit irrationabilis & illicita, probatum est enim quod est licita quodque oppositum tenere esset erroneum. Sed ratio eorum est quia illa dispensationem Martinianam nos non acceptauimus in nostris capitulis generalibus Cismontanis: vbi prohibitum est nobis vti illa Martiniana. quia licet facta fuerit pro toto ordine: tamen solum Ultramontani illam cum illis constitutionibus Martini. quinti acceptauerunt: secundum quas de facto viuunt, Pro nobis autem Cismontanis sunt aliae constitutiones generales quæ dicuntur Barchinonenses: & posteà fuerunt aliae Burgenses, & tandem in capitulo generali Tolosano Anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo secundo, sunt restitura illa statuta generalia Barchinonensia & cæteris reiectis confirmata, in quibus statutis habetur quod omnino seruentur declarationes Nicol. 3. & Clemenc. 5. maxime circa paupertatem atque pecuniam. & idem saepius habetur statutum in alijs capitulis generalibus Cismontanis, vt patet in tabula nona, decima octaua, & decima nona, vicarij. gener. vbi habetur quod quo ad pecuniam omnino seruetur declaratio Nicolai tertij, & Clementis quinti.

¶ Ergo propter hoc dicunt quod non licet nobis viuere secundum præfata Martinianam: quam si nos Cismontani in nostris capitulis genera. acceptaremus utique liceret nobis sicut & Ultramontanis, vt ipsi id etiam ingenue confitentur. Ecce igitur secundum hos opinantes ex quam tantillo momento quod est facti tota salus Cismontana pendet: quia inquit nos non acceptasse salubrem hanc Martinianam: & tamen secundum eam nunc communiter in Hispania de facto viuitur: quam si non acceptamus periclitamur: si acceptamus euge sumus in tuto. ¶ Sed certe licet ita quandam fuerit in viridi obseruantia constitutum & practicatum: tamen iam nunc à multis annis consuetudo est in oppositum. & ita videtur per hanc legitimam seu præscriptam consuetudinem iam accepta dicta Martiniana licet statuta generalia saepè renouantia statuta Barchinonensia ad eorum tenorem videantur illam non acceptare. ideo dico probabilibus quod etiam si nihil amplius in nostris capitulis generalibus aut provincialibus statuat, aut per Papā cedatur.

## Caput quartum.

cedatur quā hucusq; super vſu huius Martinianę habetur in Hispania: lícet & cum tuta cōscientia possumus nos Hispani Syndico vti secundum p̄fata m̄ Martinianam sicut & Vlramontani & sicut de facto iam communiter viuitur, & à fortiori idē possemus si illam in nostris capitulis gener. exp̄sē acceptaremus.

¶ Quod probatur dupliciter. Primo quia (vt dixi) consuetum est in Hispania à multis annis Syndico vti secūdum Martinianam in recipiendis quibuscunq; eleemosynis pecuniarijs pro M̄isis & alijs quibuscunque, quæ Syndico statim assignantur sine vlla alia requisitione dantiū, vt patet experientia omniumq; patrum antiquorum & modernorum testimonio à quinquaginta fere annis hucusque, & maximē ex quo generalatus ad nostram obseruantiam redijt: quia & sic iam viuitur communiter exceptis quibusdam conuentibus recollectis. Nunc autem consuetudo scita & tolerata seu permissa per tot superiorēs etiam per tot ministros generales derogat legem humanam & cōstitutionem scriptam: ignorata autem ab eis si sit aliās lícita seu si non sit contra ius diuinū vel naturale vlo modo & sit iam per decem annos p̄scripta in loco vbi viget, qualis est vſus Syndicorum secūdum Martinianā in Hispania aut in plurimis eius prouincijs etiam derogat p̄fata legem & cōstitutionem scriptam, vt de his latiūs haberur in glo. cap. i. de treuga & pace. & ibi Goffred. & Panor. ibidem, & latiūs in cap. Cum olim. & cap. fin. de confuetudin. & libro. 6. eo titu. cap. i. & communiter doctores ibidem, & ad idem est beatus Thomas. 1. 2. q. 96. art. 3. & breuius de his Siluestri. titul. confuetudo. & Dryedon de libertate Christiana. lib. 1. cap. 12. fol. 36. 37. & Gerson de vita spirituali leffio. 4. Corolario. 13. & supplemetum Gabrieli in. 4. dist. 42. q. 1. art. 3. dub. 6. & Angest. in moral. cap. octauo. fo. 54. vbi de circunstantia temporis agit. Tandē Modina de iejunio fo. 155. ergo non obstantibus p̄dictis statutis nō acceptantibus Martinianam lictum est illa vti iam per confuetudinem legi & statutis p̄requentem acceptata. Neque potest dici corruptela: ex quo non est contra vllum ius diuinum vel naturale neque contra regulam vlo modo, cum vſus Syndici secundum Martinianam dispensationē sit lictus (vt supra de Vlramontanis dictum est.) & hoc est verum etiam si talis consuetudo fuisse olim seu à principio ex culpa aut ex errore (quod absit) introducta: quia iam communis error faceret ius, (vt habetur apud

p̄-

## Quaſtio ſextadecima.

praedictos doctores vbi ſuprā allegatos. ¶ Secundō probatur idē: quia in multis capitulis generalibus Cifmontanis & Vlramontanis viderur iam concessus vſus Syndici ſecundum Martinianam etiam nobis Cifmontanis. quod patet in ca. gen. Burdegalensi. anno Domini. 1520. vbi ſic habetur. Declaratur q̄ in ſolutiōibus faciendis ex vino aut blado aut alijs rebus quaſtuatis pro fratum necessitatibus omnia per procuratores ſediſ Apostolicę & nō per fratres exequi debeant. hæc ibi. vnde patet q̄ cūq; talis res quaſtuata pro fratum necessitatibus etiam ad ſoluendum de ea ſeu de eius precio alia debita illam diſtrahendo ſit pecunia: ergo ibi conceditur q̄ per Syndicum recipiatur & traſetur, id quod eſt ſecundum Martinianam. ¶ Tamen ſi ad hoc quis dicere poſſet q̄ p̄dictum ſtatutum non loquitur de quaſtuatis principaliter ad diſtrahendum: ſed de quaſtuatis principaliter pro necessitatibus fratum ſi contingat poſteā eſſe neceſſarium illa diſtrahere ad ſolutionem faciendum: quia tunc non eſt pecunia: ſicq; ibi ſolum conceditur vſus Syndici ad ſecundum actum ſupra poſitum in bulla Syndicatus. ¶ Sed certè videtur quod etiam loquatur de quaſtuatis ad ſolutions ex eis faciendas, ſicut Leo. 10. tunc temporis conceſſit, vt proxime dicetur. ¶ Ad idem eſt capitulo generale Rothomagense Cifmontanum anno domini. 1516. vbi conceduntur duo tantū Syndici, vt habentur in Italia vt ſuprā in. 1. punct. habetur. ¶ Item in capitulo generali Carpēſi Anno Domini. 1521. licet fuerit in Italia tamen pro toto ordine etiam pro Cifmontanis ſunt omnia illa ibidem ſtatuta vbi ſic habetur. Nullus frater deponat ſeu deponi faciat aut detineri aliquā eleemosynam pecuniariam ſeu pecuniam in manu procuratoris ſine licentia ſui Guardiani & pro neceſſitate imminentे ſub poena proprietarij. hæc ibi, vbi videtur id omnibus de licentia ſui Guardiani confeſſum. Sequitur paulo inferius ibidein, ordinatur ad ſeruandum regulæ puritatem q̄ nullus frater deponi faciat vel permittat aliquam eleemosynam pecuniariam in confeſſorijs vel cellis vel alijs locis: ſed omnes contribuentes vel eleemosynam facere volentes mittantur ad procuratores. Hæc ibi, vbi etiam ſi id eſſet ſpecialiter pro Vlramontanis, tamen etiam omnibus generaliter exp̄ſe confeſſur vſus Syndici ſecundum Martinianā: quia & vbi ius generaliter loquens non diſtinguit, nec nos diſtingueremus ea. ſolite. de maiori. & obedien. Si enim voluſ-

ſet

## Caput quartum:

Si expressisset secundum regulas iuris & doctorum. Item idem habetur in constitutione generali Burgensi anno domini millesimo quingentesimo vigesimo tertio, in capitulo tertio, ubi sic habetur. Inhibetur ne aliquis deponi faciat, vel permittat aliquam eleemosynam pecuniariam in cellis vel in confessorijs aut alijs locis: sed eleemosynam facere volentes vadant vel mittant ad procuratorem vel substitutum. haec ibi. Quae statuta licet nunc non obligent, valent tamen ad inde arguendum quod iam ubique fere ordinis est in usu & per consuetudinem acceptata dicta Martiniana ab omnibus etiam Cismontanis volentibus ea ut sicut & ab Ultramontanis (vt dictum est) quamvis praedicta statuta possint aliter & aliter interpretari. Ideo prima ratio de consuetudine equiuale te & praeualente legibus & statutis humanis est efficacior & sufficiens ad intentum comprobandum. ¶ Tandem Leo. 10. in priuilegio Exponi nobis. fffo. 23. toti ordini concessit quod fratres possint recipere triticum & alias res superabundantes (quibus. scilicet fratres in propria specie non habent necesse uti aut non in tanta quantitate) ut pro vino carnibus & alijs rebus vietiui necessarijs per Syndicum Ecclesiæ Romanæ ipsis fratribus datum committentur & permittentur: seu ut triticum & alia eiusmodi vendantur & ex pecunia inde proueniente vinum & carnes & alia necessaria emantur, haec ibi. ergo ibidem conceditur per Syndicum recipi pecuniam seu ad pecuniam reducibilia sicut in Martiniana & nihil aliud ibi conceditur, vt patet. ¶ Si ad hoc dicatur sicut in compendio, titulo commutare. §. 3. dicit collector ex magistro suo Speculo. fffo. 6. quod cauendum est ab hac concessione, quia expressè est contra declarationem Nicol. 3. & est destruenda nostræ paupertatis quam in regula promisimus, cum talia sic recepta sint manifestè pecunia cuius receptione in regula prohibita est, haec ibi. ¶ Sed certè salua eius pace & reverentia (qui dum haec scribere pararet mecumque ea Toleti hospes quondam conferret michique oppositum monenti credere noluit) non est ita, neque ipse collector bene collegit errorem suum, sed neque nouit vocem suam, quod patet tū primo, quia cum Leo ipse non concedat nisi quod dicta pecunia deponatur apud Syndicum per ipsum distrahenda in alijs necessitatibus fratum sicut & concedit Martiniana, de qua supra probatum est quod non est contra regulam aut declarationes sed licita & sancta in se, & illis quibus concessum

## Quæstio sextadecima.

10

cessum est illa posse uti, sicut hic Leo. 10. concedit, igitur temeraria ignorantia collectoris & magistri sui Speculi est & iniuria auctoritati Papali dicere illam concessionem esse destruendam paupertatis promissæ & contra regulam & declarationes. tū secundo, quia licet res sic accepta sit pecunia (id quod inficiatur nemo) non tamen inde sequitur quod ergo fratres accipiunt pecuniam si illam Syndico assignent ut ibi conceditur; sicut neque idem sequitur de ipsis denarijs Syndico assignatis secundum Martinianam. Nam accipere pecuniam per interpositam personam tunc solum dicuntur fratres: quando eorum auctoritate persona aliqua instituta accipit pecuniam ut eam tractet vel expendat secundum omnes regulæ expositores, ut supra in dicta Medulla. ca. 4. quæst. 3. latius habetur. Neque valet argumentum in quo collector cum alijs deceptus est, frater accipit hanc rem, & haec res est pecunia, ergo accipit pecuniam, nam variatur appellatio seu etiam fit æquiuocatio, dum accipere in maiori dicit acceptancem naturalem & in consequenti ciuilem sine politicam, accipere enim pecuniam est rem auctoritate sua distrahendā capere, ut in dicta Medulla ubi supra latius habetur. Hic autem non auctoritate fratrum sed Papæ Syndicus stat accipit & facit omnia: ergo. ¶ Et quidem nil refert ad puritatem fratrum quod talis persona stet vel recipiat & expendat denarios & pecunias quascunque auctoritate dantis vel Papæ vel alterius cuiuscunq;: dum modo non stet nec faciat auctoritate & nomine fratrum, quid enim ad nos quod illius vel alterius auctoritate stet & faciat? ut bene ait Sanctus Bonaventura in epistola ad magistrum innominatum ut habetur latius in Medula capitu. quarto. quæst. vndecima, igitur patet intentum.

¶ Et nota quod dictum priuilegium Leonis decimi, non est revocatum sed neque reuocari potest per prælatos ordinis nisi ad id habeant specialem auctoritatem Papæ, ut latius egimus in annotationibus super compendium titul. absolutio ordinaria, quod ad fratres. §. septimo, & titulo accedere ad monasteria monialium. §. decimo tertio, & alibi de hoc secundum communiter doctores vindicatur.

## Caput quartum.

4. Punct.

**V**nctum quartum principale est in quibus sunt dispensati vtentes præfata Martiniana. Respondeo q[uod] in tribus. Primo quia talis pecunia deponitur, stat, tractatur & expenditur nomine & autoritate non quidem dantis neque fratrum: sed Papæ vel Ecclesiæ romanæ, cuius est ille Syndicus. ita q[uod] postquam semel dans illam Syndico assignauerit: iam non poterit illam reuocare neque de ea disponere: quia iam non est suarisi dans in dando expresse dixisset quod volebat retinere dominium illius quo usque expensa esset, quod vix vel nunquam fit, vt hoc etiam habetur in speculo. ffo. 8. Quod etiam patet ex ipsis constitutionibus Marti. 4. ca. 4. vbi dicitur quod talis Syndicus recipiat tractet & expendat di etiam pecuniam secundum declarationem Marti. 4. & 5. Nunc autem Martinus. 4. & 5. in sua bulla Syndicatus (non est enim alia eorum declaratio circa hoc) dicunt quod Syndicus nomine & autoritate Ecclesiæ Romanæ recipit tractat & expendit ea quæ vt Syndicus recipit & agit vt supra in secundo puncto principali habetur, ergo vel dominium vt ait Specu. vbi supra vel potius dispositio talis pecuniae iam Syndico assignatae pertinet ad Papam vel Ecclesiæ Romanæ. Potest enim Papa præfigere legē dantibus suas res ad pias causas, quibus & quomodo dentur & tractentur & distribuantur, etiam si dominium earum maneat apud alios quoscunque, vt patet in materia de donationibus, legatis & testamentis & alibi.

Secundo sunt dispensati in hoc, scilicet quod statim vt fratribus pecunia offertur possunt dicere ipsi danti quicunque ille sit, detis illam pecuniam Syndico Papæ. Et ille dans si vult potest sic absolute illam dare. Et hoc secundum sequitur ex primo, vt etiam patet ex ipsis constitutionibus Marti. 4. ca. 4. & 5. vt habetur supra in secundo puncto principali. Sicque per hanc dispensationem iam non obligantur fratres petere assensum dantis, neque facere protestationem, neque eius licentiam petere ad subrogandum vel substituendum alias personas: sicut secundum declarationem Nicol. & Clemen. 5. tenebantur, vt de his latius in Medulla cap. 4. quæst. 8. conditione. 4. 5. & 6. nam ab illis anfractibus & difficultatibus per hanc dispensationem iam liberati sunt. Et in his omnibus & alijs inde sequentibus possunt omnino fratres cum Syn-

## Quæstio sextadecima.

ii

Syndico facere & se habere sicut cum ipsomet dante facere possent: quia talis Syndicus stat auctoritate Papæ vt eius Procurator quod ad hæc omnia ad utilitatem fratrum, vt patet vbi supra in bulla Syndicatus, vt hoc etiam ait Specu. ffo. 8.

¶ Tertio, vt mihi videtur, sunt etiæ dispensati in hoc quod Syndicus tenet tale pecuniam apud ipsum depositam sicut & præcium rerum venditarum ad Eccl. Roman. pertinentium expendere non quidem ad libitum suum sed ad voluntatem fratrum, sicut & quando à Mi. Pro. vel Cust. vel ab alijs fratribus de eorum assensu fuerit requisitus. quod pater, Quia in dicta bulla Martiniana vbi supra, habetur q[uod] secundum declarationem Marti. 4. & 5. Syndicus accipiat pecunias & legaliter & fideliter eas expedit in utilitatem fratrum. Nunc autem in dicta bulla Syndicatus Marti. 4. & 5. (non est enim alia eorum declaratio circa hoc) habetur q[uod] Syndicus ea omnia quæ pertinent ad Eccle. Rom. vt legata & præcium rerum venditarum expedit in necessitates fratrum sicut & quando per dictos fratres fuerit requisitus. Et notentur illæ particularæ sicut & quando, ergo quāvis Specul. ffo. 8. dicat q[uod] in hoc non sunt dispensati: tenendum videtur quod sic: sicut & de facto practicatur apud omnes tali Syndico vtentes in Hispania. Immo & ex dictis verbis pater quod non solum vtentes Syndico secundum Martinianam, sed & illi qui eo tantum vtuntur ad secundum actum supra dictum in tertio puncto principali. I. quo ad vendendum vel distraheri in res quibus vtuntur pertinentes ad Eccl. Rom. sunt dispensati in hoc q[uod] aliquo modo possunt habere aliquam auctoritatem circa expensionem præcij ipsarum disponendo secundum bullam Syndicatus Mart. 4. & 5. quomodo & quādo Syndicus illud expendat & de precio illo ad Papam pertinentem te ipsis prouideat. Possunt enim dicere Syndico (nō quidem vt domini habentes auctoritatem circa illam pecuniam, sed vt pupilli quid sibi magis expedit exponentes) ecce de illa pecunia nihil emas modo sed reserua pro tali tempore vel ad nūdinas seu quo usque tibi dixeris, & solue vel eme hoc vel illud & nihil amplius, & da tantum pro illa re & non plus, & huiusmodi. ¶ Et ratio horum omnium est. Tum primò quia sic videtur Papa concedere in bulla Syndicatus ibi sicut & quando. Vnde sicut licet id fieri facere possent: si Dominus pecuniae id eis concessisset circa suum depositariū: ita similiter id possunt ad concessionem Papæ circa suum

## Caput quartum.

Suum Syndicū. Tū secundō quia recta ratio id suadet esse rationabile: nam si fratres deberent laborare procurādo pecunias pro suis necessitatibus, & Syndicus ad suum libitum expenderet: certè multiplex magnumque grauamen & onus ipsis fratribus imponeretur: pro quorum tamen quiete & utilitate de tali Syndicō tot Summi Pontifices prouidere dignati sunt: Igitur id fuit valde expediens sicut & Papa valde rationabiliter concelsit & communiter practicatur: & ipsa dispensatio est valde rationabilis & licita, vt in tertio punto probatum est. ¶ Sicque per hanc dispensationem fratres secundum Martinianam Syndicō videntes, iam non tenentur omnino cauere ab omni dispositione pecuniae per Syndicum expendenda, sicut secundum declarat. Nico. 3. & Clemen. 5. tenebantur, vt in Medulla cap. 4. q. 8. conditione. 7. & q. 9. latius habetur. ¶ His igitur tribus supra dictis causibus tantum exceptis in quibus secundum Marti. Syndico videntes dispensari sunt: in omnibus alijs tenentur fratres viuere secundum declarationem Nicol. 3. & Clemen. 5. aliquando quidē sub mortali peccato, aliquando autem sub veniali, aliquādo vero sub aliqua tantum poena temporali, de quibus latius in Medulla cap. 10. quest. 3. habetur. Ad quae omnia oportet reminisse non esse formaliter & propriè contra regulæ declarationes aut contra ipsam regulam, id quod est contra Papales modificationes: sed neque omnes tales modificationes semper sub mortali peccato obligare, vt supra dictum est. Sicque patet ius materiæ de Syndico sub meliori iudicio plena resolutio.

Locustarum invisa calamitas, palpabilium  
feneriarum tridecimus horro.

Exodi. cap. xx.

X.  
**E**i dixit dominus ad Mosem. ingredere  
ad Phœaconem ego enim in ducam

